

# The *Liber Pharetrae* Project

## Liber 2: De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate Caput 42: De iustitia (10)

Idem (Bernardus), in *Epistola*:

Nunquam justus arbitratur se  
comprehendisse, nec unquam dicit:  
*Satis est*; sed semper esurit, sititque  
iustitiam, ita ut si semper viveret,  
semper quantum in se est, iustior esse  
contenderet, semperque de bono in melius  
proficere totis viribus suis conaretur.

Numquam iustus arbitratur se  
comprehendisse; numquam, dicit:  
«Satis est», sed semper esurit sititque  
iustitiam, ita ut si semper viveret,  
semper, quantum in se est, iustior esse  
contenderet, semper de bono in melius  
proficere totis viribus conaretur.

Bernardus Claraevallensis, *Epistolae*,  
254.2 (SBO 8, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., pp.157-8, ll.23-25, 1).